



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

127. De homine qui in alia provincia uxorem acceperit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Si mulier sine licentia mariti sui velum
accipiat. *Ex decreto apud
Compendium.*

Concil. Com-
pend. c. 3.
Lib. 5. Capi-
tular. c. 16.
Burchard. lib.
9. c. 47.

CXXVI. Mulier si sine licentia mariti sui
velum in caput miserit, si viro placuerit, reci-
piat eam iterum ad conjugium.

De homine qui in alia provincia uxorem
acceperit. *Ex eodem, cap. VIII.*

Concil. Com-
pend. c. 6.

CXXVII. Homo Francus accepit bene-
ficio à seniore suo in alia provincia, & duxit
secum suum vassallum; & post hæc fuit ibi
mortuus ipse senior, & remansit ibi prædictus
vassallus. Accepit autem homo alius ipsum
beneficium; & ut securus posset habere ipsum
vassallum, dedit illi mulierem de ipso benefi-
cio, & habuit eam aliquo tempore. Et cum il-
le senior durè ageret contra eum, dimissa con-
juge reversus est ad parentes senioris sui mor-
tui, & accepit ibi uxorem. Definitum est ut il-
lam quam postea accepit habeat.

De uxore antè contaminata. *Ex eodem,
cap. x.*

Concil. Com-
pend. c. 7.

CXXVIII. Si quis uxorem accepit, &
eam contaminatam inveniens dereliquit, &
aliam accepit, statutum est ut omnimodis ad
priorem revertatur: quia & ipse, quando il-
lam accepit, potest fieri ut virgo non esset; nec
mulier lege viri tenetur quousque marito con-
jungatur. Illa quam postea accepit, nubat cui
vult.